



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Episcopo Ebroicen. & Archidiacon. Lexovien.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

E I D E M.

Epist. 208.
Vt frustratorie
appellationes
nō recipiantur,
& reliquæ de-
bito tempore
finiantur.

Licet sit appellanti- bus deferendum, ut sacrorum canonum approbant in- tituta, non tamen usque adeo relin- quenda est appellanti- bus effrenata licen- tia motus iudicis evadendi, ut ea quæ correctione indigent in aliorum & ap- pellanti- um detrimentum remaneant in- correctæ, vel alterius jus esse diuti- us oporteat in suspenso, aut ei debeat præ- iudicium aliquod generari. Sanè propo- sisti nobis in nostra præsentia constitu- tus quòd cum multi plerunque de tua diocesi adversarios suos sub examine tuo conveniant, iidem ad oppressionem eor- um appellationes frustratorias interpo- nunt, nec ipsas volunt prosequi ut tenen- tur. Quocirca fraternitati tuæ auctori- tate præsentium indulgemus ut cum à tuis subditis ad sedem apostolicam fuerit appellatum, licitum tibi sit competen- tem ei terminum ad prosequendam ap- pellationem præfigere; infra quem si contempserit appellationem prosequi quam emisit, ex tunc in ipso negotio procedendi appellatione interposita non obstante, nisi appellans *impedimento fuerit impeditus, liberam habeas facul- tatem. Nulli ergo &c. Datum &c. XIII. Kalend. Iunij &c.

* legitimo

R. ET R. ARCHIDIACON.
Bajocen. & H. Archidiacono
Constantien.

Epist. 209.
De cuiusdam
Decani audacia
coercenda; &
ne absolvatur,
nisi læsis prius
satisfecerit.

Qverela venerabilis fratris nostri Lexovien. Episcopi nobis exposita demonstravit quòd minor Decanus ven. fratris nostri Rothomagen. Archi- episcopi & Simon Capellanus ejusdem Ecclesiam sancti Candidi minùs reveren- ter intrantes, in Lucam Presbyterum non tantum manus iniecere violentas, verum etiam ad sacra vestimenta manus sacrilegas extendere præsumserunt, at- que tam Ecclesiam ipsam quam Clericos ejus aliis injuriis intolerabiliter mole- stantes, eandem parochiam contra justi- tiam invadere, corpora mortuorum in eorum præjudicium ad suam Ecclesiam deferentes. Quia igitur præter hæc enor- mia dictus Decanus quandam mulierem prægnantem pede taliter dicitur percus- sisse quòd ex eo fecit abortum; discre- tioni vestræ per apostolica scripta man- damus, quatenus si vobis constiterit de præmissis, prædictum Decanum ab offi-

cio beneficioque suspensum & Capel- lanum ipsum tamdiu appellatione post- posita nunciatis ut excommunicatos ab omnibus arctius evitari, donec passio in- juriam satisfecerint competenter, & cum vestrarum testimonio literarum ad sedem apostolicam veniant absolvendi. Nullis literis &c. Quòd si omnes &c. duo vestrum &c. Datum ut supra V. Ka- lend. Iunij.

EPISCOPO EBROICEN.
& Archidiacon. Lexovien.

Dilectus filius nobilis vir Radulphus de Rupetra Miles nobis humiliter fecit exponi quòd cum in diversis Eccle- siis jus obtineat patronatus, in quadam capella sua de Rupetra, quæ est in suo proprio patrimonio constructa, de au- thoritate nostra proposuit Canonicos in- stituere seculares, ita quòd redditus præ- dictarum Ecclesiarum, decedentibus earum Prælati, ad eosdem Canonicos de- volvantur. Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, qua- tenus inquiratis super præmissis diligen- tius veritatem, & prout id secundum Deum videritis adimplendum, ejusdem nobilis propositum effectui mancipare curetis. Quòd si ambo &c. tu frater Episcopo &c. Datum &c. IV. Kalend. Iunij &c.

Epist. 210.
Ve à Rodulpho
Milite confirm-
tam Ecclesiam
consecrari, de-
dicatque.

ILLVSTRI REGI
Navarre.

Carissimus in Christo filius noster Rex Anglorum illustris transmissa nobis conquestione monstravit quòd quadam castella, videlicet castrum sancti Iohannis de Pedeportus & de Rocha- brun, quæ bonæ memoriæ pater tuus in dotem cum filia sua liberaliter ipsi concessit, pro tua detines voluntate, & adhuc ea reddere contradicis. Vnde regiam magnitudinem rogamus attentius & hortamur, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus castella illa sine qualibet difficultate restituas conque- renti. Alioquin noveris nos venerabili fratri nostro Archiepiscopo Narbonen. scripsisse ut te ad restitutionem eorum per censuram ecclesiasticam monitione præmissa, cessante appellatione, justitia mediante compellat. Datum ut supra.

Epist. 211.
Vi Regi Anglo-
rum quadam
castella tradidit.
Vide infra epist.
210.



PRIORI